



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

2 Matrimonium in Paradiso à Deo fuit institutum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- 121 *Causa probabilis à muliere pro divortio alleganda.*
- 122 *Maritus potest mulierem verberibus modeste castigare.*
- 123 *Causa legitima allegata, licet dubia, quid operetur.*
- 124 *Maritus, quando teneatur prestare alimenta, & sumptus litis uxori secum litiganti.*
- 125 *Vxor propria auctoritate à viro sine causa discedens minime est alienanda.*
- 126 *Causa legitima tantum praesumpta obligat maritum ad alimenta, & ad sumptus litis.*
- 127 *Alimenta ante sententiam debentur.*
- 128 *Cautio praestita à marito de non offendenda uxore, quomodo intelligenda.*
- 129 *Bononiensium muliercularum nequitia.*
- 130 *Maritus, quando cautionis praestitae potnam incurrat.*
- 131 *Præceptum iudicis, & cautio modo declaratur.*
- 132 *Fideiussio praestita à marito, quomodo intelligenda.*
- 133 *Matronarum, & aliarum mulierum Bononiensium laus.*
- 134 *Virginem seducens, ad qua teneatur.*
- 135 *Lex ad quid stupratorem obliget.*
- 136 *Dos sine matrimonio esse non potest.*
- 137 *Dotis cessante causa, dos & cessare debet.*
- 138 *Ratio est animae legi.*
- 139 *Dos debetur in poenam stupri.*
- 140 *Dos, quare marito detur.*
- 141 *Restitutio gloria, & fama, à quo faciendae.*
- 142 *Dotis quantitas juxta facultates deflorantis, & dignitatem puellae esse debet.*
- 143 *Deflorans virginem ad majorem detenti obligatur.*
- 144 *Virginitas est secunda dos.*
- 145 *Puella, virginitate amissa, plurimum perdit.*

QUIA supra visum fuit de dispensationibus, & impedimentis consanguinitatis, affinitatis, & alijs, quæ ad effectum matrimonij celebrandi per dispensationem sæpe tolluntur, de alijs impedimentis, & quomodo sponsalia contrahantur, & matrimonia celebrentur, nuac videre contingit, ad quorum explanationem, primò præsupponendum est, quòd matrimonium sit duplex, † spirituale, & carnale, *cap. unic. de vor. & vo. redempt. in 6.* Matrimonium carnale est viri, & mulieris conjunctio, individuanam vitæ consuetudinem continens, *instit. de patr. pot. in princip. l. 1. ff. de rit. nuptia. 27.*

quest. 2. cap. 1. 29. quest. 1. cap. 1. §. 1. cap. illud, in fin. de praesumpt. & concil. Tridentin. doct. de sacr. matrimon. in princip. sess. 24.

2 Et in paradiso † à domino nostro ante peccatum fuit institutum *Genes. cap. 2. in fin. cap. sicut, §. his ita, 32. quest. 2. cap. fraternitatis. 35. qu. 10. cap. debitum. de bigam. non ord. & conc. Trident. can. 1. de sacr. matr. d. sess. 24.*

3 Matrimonium † carnale duabus ex causis principaliter contrahitur, sobolis, scilicet, suscipiendae, & fornicationis evitandae, *cap. sicut, §. his ita, cap. quicquid. 32. quest. 2. & Hostien. in sum de matrimon. §. & quare,*